nullasq[ue] instantias, appellationes ac earum prosecutiones fa-
ciendo ac praemissa omnia plenis simplicibus vel duplicati
Evasionibus, suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terre-
stri bello Convocationeq[ue], ac aliis omnibus Juris remediis et
defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eludendo
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Stawski et Skrupczowska mutuo Roborant. 1324

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Ni-
colaus Stawski Dapifer Sanocensis, ab una, et Catherina
Skrupczowska olim Generosi Christophori Skrupczowski Consors
relicta Vidua parte ab altera, sani mentibus et corporibus exi-
stentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis qui-
busvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet seseq[ue] successoribus ac bonis suis genera-
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyci-
endo palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit
Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri ac posteris
Uniusq[ue] partis se ac suos successores, in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus, summisq[ue] quibusvis pecuniariis habitis et
habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam
certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum
et conditionum in eadem Intercisa contentarum Lachi

et data illius hic Præmysliæ die hesterna actum præsentem præcedente, nimirum Feria Tertia post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno præsenti Confectæ et conscriptæ, manibus sui recognoscentium ab utrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Interrisæ Conditionibus punctis, Clausulis articulis, Vadio ligamentis, ac nexibus in universum omnibus, firmiter, tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis illius Contentis, tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Interrisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad prædictam Interrisam Vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summæ Septingentorum Florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus utrinque partis, ob non Complationem contentorum Interrisæ præfatæ omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties, quoties, opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex Contentis Interrisæ præfatæ, non completa complenda Citata existens memorata pars una præmissa non tenens cum suis posteris, Ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis Vel illius successorum, ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense ex hoc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere respondere, Vadium prætactum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur

Seque ac

suiq ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium. Vti et alios omnes exinde consequentes, Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vero infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, Vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, adquietationem præterea Vltra proximos officij præfati Castrensis, Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes actionum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia plane simplicibus Vel Triplicatis, Evasionibus, suspensionibus facultatis Juris, præscriptione Terrestri bello Conventioneq[ue] ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo His suis præsentibus personalibus Recognitionibus ad præmissa omnia mediantibus.

Fidem mutuo Roborant. 1325

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Nicolaus Slawski Dapifer Sanocensis ab Vna et Catharina Skrzypczowska olim Generosi Christophori Skrzypczowski Consors relicta Vidua parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet sese cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando